



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCXXXII. ad annum CCCCLI.

Parisiis, 1644

XIX. Vt catechumeni ad baptisteria non accedant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14584

XVI.

Qui palam aliquando arrepti sunt, non solum non assumendi ad vllum ordinem clericatus, sed etsi iam aliqui ordinati sunt, ab imposito officio repellendi.

XVII.

Cum capsula & calix offerendus est, & admixtione eucharistiæ consecrandus.

XVIII.

Euangelia deinceps placuit catechumenis legi apud omnes prouinciarum nostrarum ecclesias.

XIX.

Ad baptisterium catechumeni nunquam admittendi. Iuo patr. 1. cap. 213.

XX.

A fidelium benedictione, etiam inter domesticas orationes, in quantum caueri potest, segregandi informandique sunt, vt se reuocent, & signandos vel benedicendos semotim offerant. Iuo ibid. cap. 214.

XXI.

In nostris prouinciis placuit de præsumptoribus, vt sicubi contigerit duos episcopos episcopum inuitum facere, auctoribus damnatis, vnus eorum ecclesiæ ipse qui vim passus est substituat, si tamen vita respondet; & alter in alterius deiectione loco nihilo minus ordinetur. Si voluntarium duo fecerint, & ipse damnabitur, quo cautius ea quæ sunt antiquitus statuta seruentur. Dist. 64. De abiectioe.

XXII.

Sedit præterea, vt deinceps non ordinentur diacones coniugati, nisi qui prius conuer-